



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 21. Synodi Dæcesanæ Eichstettensis decreta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

autem, quæ a principali prædicto Sæc. XVIII.  
 Conventu fiat, aliorum Conventuum A. C. 1713.  
 Communitatis concurrere teneantur,  
 & Prælati cum suis Familiis omnino  
 conveniant: si vero in loco non exti-  
 terit Conventus immediatioris Instituti,  
 illius novi sancti Solemnitas & Procef-  
 fio, cui omnes alii in loco vel civitate  
 coexistentes Conventus interesse te-  
 neantur, fiat primo in Conventu Or-  
 dinis Antiquiori, ex quocunque mem-  
 bro Observantiæ sit, dummodo in om-  
 nibus imaginibus, Libris, & Foliis ex-  
 primatur, cujus membri de Corpore  
 Observantiæ sanctus ille vel Beatus in  
 sua pretiosa morte filius fuerit.

§. XXI.

*Synodi Diœcesanæ Eychstettensis  
 decreta.*

Eodem hoc anno Joannes Antonius Conc. Germ.  
 de Knebel a Cattimeliboco Eych- tom. 10.  
 stettensis Episcopus die decima tertia pag. 379.  
 Aprilis Diœcesanam celebravit Syno-  
 dum, in qua Clericis suis profanis ve-  
 stibus uti, & capillos fictitios æstivo  
 tempore portare sub decem Imperia-  
 lium multa inhibuit, præcepitque,  
 ut pro hiemali specialis a Vicario li-  
 centia petatur, Vetuit etiam, ne alii  
 præter Doctores & licentiatos *Excellen-  
 tia*



æc. XVIII. *lenticæ* nomine honorentur, aut caputia  
 A. C. 1713. & holosericas manicas deferant. Mo-  
 nuit eos quoque, ut fugiant convivis,  
 & solemnitates nuptiarum ac puerpe-  
 riorum, choreas & saltationes, neque  
 etiam nundinas frequentent, minus  
 vero ocreati sacrificent, & in urbe pal-  
 liis induti sine baculis incedant, nec  
 peregrinationes novas instituant, sed  
 antiquis inhæreant, & conciones suas  
 scribant, ut eas ad petitionem exhibere  
 valeant. Denique inhibuit, ne  
 Neo-Mystæ in suis primitiis puellas  
 pro sponsis constituent, nec etiam con-  
 vivia usque ad seram noctem pro-  
 trahant.

## §. XXII.

*Principum atque Illustrium obitus.*

*Kettel.*  
*pag. 604.*  
*Dec. VI.*

Inter Principes hoc anno denatos lu-  
 gebatur Fridericus Borussiae Rex  
 illustris famæ Princeps, qui sibimetipsum  
 & familiæ suæ Regiam dignitatem il-  
 lis Provinciæ statibus, quæ Imperii  
 Romani nomen non agnoscebant, at-  
 tributam adjudicavit, reclamantibus  
 Principum potissimis, qui tamen postea  
 illum hoc titulo honorarunt. Obiit  
 Berolini die decima quinta Februarii  
 annos natus quinquaginta sex, Vien-  
 næ etiam die prima Januarii decessit  
 Tran-